

## OFFICIUM PARVUM

BEATÆ

# MARIÆ VIRGINIS

JUXTA RITUM ROMANUM.

---

*Non dicitur, quando fit Officium novem Lectionum, nec in Vigiliâ Nativitatis Domini, nec in feriis Majoris Hebdomadæ, nec in 4 Octav. Paschæ et Pentec., nec in Sabbatis, quandô fit Officium de S. Mariâ. Quibus diebus omittitur à primis Vesperis; et in Vigiliâ Nativit. à Matutino. Cum dicitur in Choro, in Matutinis, et in Vesperis præponitur Officio diei. In aliis Horis postponitur Prima dicitur post Benedicamus Domino, antequàm legatur Martyrologium. Extrà Chorum potest dici pro temporis opportunitate.*

---

## AD MATUTINUM.

Ave, Maria, grātiâ plena; Dóminus tecum benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Jesus.